

CAPVT II.

Circa Religioſos Pronuntiata nonnulla.

Aſſertio 1. Religioſi ex Indijs præſentioribus non videntur sine graui peccato conſerri Episcopatus.

Quale peccatum in præſentione generaliter ſit.

P. Azor.

Licet graui peccatū generaliter non ſit, in caſu noſtro ſpecialiter eſſe rationem.

Duo caſus excepti.

Doctrina Caſtiani circa licitam appoſitionem.

14 Dico primo. Religioſis ad Regiam curiam ex Indijs obſtinendis Episcopatus profectis, non sine graui peccato videntur illi conſerri. Probatum facile: quia tales ad ambiendam huiusmodi dignitatem non mouentur ex zelo gloriæ Dei, neque vt animarum ſaluti prouideant, pro quo quidem in ſuo ſtatu poſſunt ſecurius laborare. Eos ergo ſolus ſtimulus ambitionis agit, vt honore ſcilicet & diuitiis amplioribus perfruantur. Hoc autem peccatum mortale eſſe communiter tenent Doctores, quos adducunt Eligius Baſſæus, verb. Episcopius, num. 3. Diana Part. 4. Traſt. 4. Reſolut. 100. P. Fragoſus Tom. 2. pag. 606. num. 8. & alij qui ſolum calum neceſſitatis Eccleſiæ, aut boni communis excipiunt, & licet ſint, qui non eſſe peccatum mortale dicant, vt Homobonus Emanuelli Rodericio tribuit apud Dianam ſuprà, & alij dicentes peccatum eſſe, non expriment eſſe mortale, vt P. Azor Tomo 2. Lib. 3. Cap. 28. Quæſt. 2. Barboſa de poteſtate Episcopii, Part. 1. Titulo 2. Gloſſa 1. num. 6. & ſeqq. nonnullique alij, vnde piè exponi de veniali poſſunt. Immo & P. Azor plus concedere videtur dum ita ſ. Animaduertendum eſt ſcribit: Animaduertendum eſt, non eſſe idem Episcopatum ambire, quod optare, aut petere, is enim ambit, qui quibuſlibet artibus etiam malis ad Episcopatum aſpirat: at poteſt quis optare, & petere, his modis, & artibus, quas ius naturale, diuinum, aut canonicum non prohibet. Sic ille. Licet inquam ita ſit generaliter loquendo; in caſu, de quo loquimur, circumſtantia occurrunt, propter quas graue peccatum videatur tales præſentiones admitti, & illis aditum non penitus obſerare. Poteſt enim id in grauiſſimum religioſæ diſciplinæ diſpendium vergere, & Regiæ conſcientiæ onus formidandum imponendum Indias, quarum conuerſionem tenetur attendere, & pro ea Miniſtros idoneos hinc inde conquirere ambitionis eſſe fomenta, & instrumenta, permitit, vt Miniſtri conuerſionem curam omnem ad ſua temporalia incrementa conuertant, & opus tantum, aut nihil, aut parum, aut nimis lentè progrediantur. Si ergo Rex Catholicus tuà id conſcientiã facere nequit, neque etiam poterunt Religioſi pro eo in curiam contendere, & ſæcularium præſentorum ſe gregibus aggregare. Neque adducti patrocinantur Auctores: Pater enim Azorius poſt adducta verba ſic ſubdit. Nimirum in his duobus caſibus, quos S. Thomas ſuperius expreſſit. Caſus autem dicti à S. Thoma expreſſi 2.2. quæſt. 185. Art. 1. ſunt iam dicti: manifeſtæ neceſſitatis, & communis boni. Neque alia eſt mens Barboſæ, qui D. Thomæ, & P. Azorij, quos citat, doctrinam amplectitur.

15 Maiori tamen, poterit eſſe præſidio Cardinalis Caietanus iis, qui ad ſublimateſ dictas aſpirant; dum circa articulum citatum ita ſcribit poſtquam dixerat ex litera D. Thomæ non con-

ſtare, an ita illicitam appetentiam dixerit, vt peccatum mortale ſit, neque carere ambiguitate, vtrã pars affirmanda ſit: Mortalis autem appetitus non videtur ſecundum genus ſuum ex eo, quod talis appetitus comparitur ſecum reſtitutionem voluntatis reſpectu aliorum in Episcopatu inuentorum v. g. Ioannes mouetur ad appetitum Episcopatus ratione honorum circumſtantiarum, vt ſcilicet habeat ſufficientiam temporalium, & honorem. Verumtamen cum hoc intendit, facere debitum ſuum circa curam animarum, & diſtributionem bonorum tam Eccleſiæ, quam pauperibus terra: nec intendit vti Episcopatu ad finem temporalium, ſed quantum ſibi conceditur ſui portione ſua, & debito ſibi honore, & huiusmodi ad laudem Dei. In hoc appetitu ex hoc Capite nullam ego video deformitatem mortalem propter dictam rationem. Et propterea puto Auctorem dixiſſe illicitum, & non dixiſſe mortale. Et confirmatur: quia nec auaritia, nec ambitio, que duo vicia hic in litera dicuntur inueniri, ſunt peccata mortalia, quando deſt materia iniuſta, aut ſinis vltimus non ponitur in pecunia, ſeu honore, vt ex proprijs tractatibus ſuperius latius patet. In hoc autem caſu non ponitur ſinis vltimus in huiusmodi, nec iniuſtia ex parte materia appetitæ. Sic ille. Hoc autem modo videntur ſe gerere communiter Religioſi, in huiusmodi negotiatione bonum ſecuti Doctorem.

16 Sed eius non debet obſtare Doctrina, quia ille, ſicut & D. Thomas, cuius mentem Auctor inquit, non de præſentione cum circumſtantijs dictis, ſed de appetitione procedit, neque erit Auctor, quæ iis extantibus, aliud audeat affirmare. Et quidem de appetitione ipſa loquendo poſſe ex circumſtantijs eſſe mortalem citatus ſcriptor affirmat; etiam quando quis Episcopatum appetit, vt proſit iis, quibus præfici concupiſcit: pro quo ita ſcribit S. Quarta concluſio poſt medium: & ſi hoc adiunxeris, quod actus ex ſuo genere non ſolum non mortalis, ſed nec illicitus, non facile ex circumſtantijs iudicandus eſt, eſſe mortalis, ſed magni opus eſt diligentia, ac circumſpectione rationis ad iudicium peccati mortalis ex ſolis circumſtantijs particularibus; videbis non tam malum eſſe, quantum putant, appetere Episcopatum, vt proſit Eccleſiæ. Quod dico de appetente proportionato: hoc eſt viro irreprehenſibili, ſobrio, ornato, prudente, pudico, hoſpitali, Doctore, non vinolento, non percuſſore, modoſto, non litigioſo, non cupido ſua domui bene præpoſito, nec alijs impedito. Hæc enim ſunt conditiones poſitæ ab Apoſtolo 1. ad Timoth. 3. ſi talis Episcopatum appeteret, in veritate vt prodeſſet, crederim ego, quod attendit tantã neceſſitate Eccleſiæ carentiſ talibus viris, non peccaret; & ſi huiusmodi neceſſitatis oculus deſiceret, non niſi veni aliter peccaret, ratione nonnullæ præſumptionis, quã ſe in animo ſuo alijs præfero, qui forte melius, quam ipſe locum illius Episcopatus occuparent. Hæc ille, & alia, ex quibus apparet, quot, & quanta debeant concurrere vt appetere quis Episcopatum poſſit ſine mortali peccato, etiam quando quis vt proſit optat ſublimali. Pro quibus, & diſt. 35. & ſeqq. vbi ab Apoſtolo propoſitus Episcopatum virtutum catalogus illuſtratur. Quid ergo de illo exiſtimaret, qui ſiniſtris alijs ſinibus agit, ſatis per illa, & alia, quæ ibidem diſſerit, declarauit. Cui præclaram ſententiam D. Bonaventuræ conueniam ſuper regulam D. Franciſci Cap. 2. circa medium

Sed illam non obſtare oſtenditur.

Ex Auctore eadem ſumpta probatio de requiſitis ad appetitionem honeſtã agendi.

Ex D. Bonaventura vrgentior auſtoritas.

Aſſertio 2. Religioſos linguam Indorum callentes debere præferri.

Prædicationem eſſe præcipuum Episcoporum munus. Pro quo doctrina requiſita ſuppellet.

S. Hormiſda.

D. Proſper.

Inde calcæati pedes in conſecratione.

Ephes. 6. v. 15.

In Episcopis Indiarum peculiare.

Concilium Limenſ. 3.

medium ſic ſcribentis: Si coacti ab Eccleſia huiusmodi inenitabili neceſſitate ſuſcipiant regimen animarum, non ſunt repudiandi ab ordine egreſſi: ſi quantum in ipſis eſt ſemper appetant in ſinu Ordinis conſerri. Quod ſi non vocati ad Episcopalem gradum, nec coacti ad eundem aſpirant, vt fugiant curam pauperum, & Ordinis rigorem, credo eos in illius partem ceſſuros, qui dixit: ſedebo in monte Teſtamenti, in lateribus Aquilonis, Iſaiæ 14. verſ. 13. ſic Seraphicus Doctor.

17 Dico ſecundò. Religioſi Indiarum, qui linguam Indorum callent, debent eidem præfici in conſerui aliorum, ceteris paribus; vnde & deberent Regij Conſiliarij circa hoc informationem exquirere; quia res eſt momenti magni in ordine ad illorum conuerſionem, & promotionem in Chriſtianiſ moribus, vt eſt ſine aliã probatione comperum. Et Episcopum debere eorum linguam ſcire, quibus eſt præficiendus, ex ipſius ſacri officij inſtitutione redditur manifeſtum, quia ad prædicandum eſt præſertim inſtitutum; vt docet Concilium Tridentinum Seſſione 5. Cap. 2. de reformatione Verbis illis: Prædicatio eſt præcipuum Episcoporum munus. Vnde D. Paulus inter Episcopos dotes eam collocat, debere inquam eſſe Doctorem 1. Timoth. 3. v. 2. Pro quo ſic S. Hormiſda Pontifex Episcop. 4. Cap. 1. Irreprehenſibiles eos eſſe conuenit, nec quidquam illis deſſe, penes quos eſt religioſa ſumma, & ſubſtantia diſcipline. D. Proſper lib. 1. de vitã contemplatiuã, cap. 25. eos vocat Deo vero in ſalute hominũ promouendã coadiutores (coadiutus ille ſingulari voce) Miniſtros verbi, Oraculum Spiritus ſancti, & Cap. 2. Lib. 2. ſic loquitur: Iſti enim ſunt vindices oppreſſorum, Patres in fide regeneratorum, Prædicatores caeleſtium, exempla bonorum operum, documenta virtutum, & forma fidelium, &c. Hinc in ordinatione Episcopii calcæant pedes, quia ſcilicet ad Euangelij prædicationem debent eſſe promptiſſimi, iuxta doctrinam Apoſtoli. Ephes. 6. v. 15. Calcæati pedes in præparatione Euangelij pacis; vt in ritu conſecrationis habetur; pro quo & P. Fragoſus Tomo 2. pag. 604. num. 20. Hoc autem munus in Episcopis Indiarum ad Indorum inſtructionem præſertim dirigendum bene admonet Concilium Limenſe tertium Actio 2. Cap. 31. ſic dicens: Si quidem ea totius Episcopalis officij in hac Proincia poſitiſſima cura eſt, vt qui ad Euangelij gratiam diuinitus vocantur, Miniſtros habeant, quoad fieri poſſit, & zelo animarum præditos, & numero ſufficientes. Sic Concilium: ad Indos ergo Episcoporum potiſſima cura dirigitur, vnde & inſtruenti, & prædicandi munus ad eos conſtat pertinere. Quomodo autem prædicabunt, linguam eorum, quibus prædicare tenentur, ignorant? Qui ergo ſciunt præferendi alijs, ſi cetera ſuppent pro tanto munere requiſita. Dixi autem Religioſos præferendos, non quòd ſæculares excluſos velim, ſed quia Religioſi prædicationis munus facilius & promptius ſuſcipient, neque indecorum, aut auctoritati ſuæ minus conforme ducent miniſterium illud, oculis inſipientium humile, ſed ſublime Dei oculis adimplere. Videatur illuſtriſſimus Zapata in Diſſertatione, de inſtitutã diſtributiã, Parte 2. Cap. 3. num. 15. & ſeqq. qui circa obligationem iſtam, quam ſub mortali eſſe probat, grauius, eleganter, & eruditè diſcurrit.

De Litteris Apoſtolicis neceſſario recipiendis.

18 Dico tertio. Si quid eſt, quòd appetitionem Episcopalis dignitatis in Indijs honeſtare poteſt, illud eſt, quòd modò diximus; linguæ ſcilicet Indicæ peritia, & vtilis exercitatio illius, ceteris non excluſis: ſic enim illud maximè verificatur, quòd ex doctrinã Caietani circa priorem eſt dictum Aſſertionem. Tales enim verè volunt præſſe, vt proſint; vnde vt admonui, circa qualitatem prædictam Conſiliarij Regij peculiari debent attentione proſpicere. Si Cathedrali ille tenuit, ſi mutere aliquo eſt honorario perfunctus, rem grandem feciſſe putatur, vnde ad Episcopalem curam regiã designatione prouehitur. Et erunt eiufmodi multi, qui nullam vquam Indi alicuius conſeſſionem exceperint, aut ſemel illum Chriſtianiã inſtruxerint Catecheſi. Quòd ergo in eligendis non curatur, neque iis, qui ad huiusmodi gradum aſpirant, futurum eſt curæ. Si tamen miniſterium tale in pretio apud electores eſſet, viri profectò magnis talentis inſignes ad illud animum applicarent, & ſic tandem idonei repererentur Episcopii, qui miniſterium prædicationis erga omnes ſibi commiſſos adimplerent. De quo Apoſtolus Timotheo ſuo Epheliorum Episcopio. Prædica verbum, opus fac Euangelizã, miniſterium tuum imple. 2. Timoth. 4. verſ. 2. & 5.

Aſſertio 3. ex lingua peritia poſſit appetitionem honeſtari.

A Regij Conciliaris circa hoc ſolent præſideri.

CAPVT III.

Qualiter Apoſtolicæ litteræ ad conſecrationem Indicorum Episcoporum requirantur, ſicut & ad officij adminiſtrationem.

19 Requiri illas indubitati iuris eſt: ſic enim habetur in Extrauag. Inuincta, de electione, & alibi de quo apud Doctores controuerſia nulla generaliter loquendo, licet pro caſibus peculiariſ ſint, qui exceptionem admittant, & illi maximè in Indijs ratione diſtantiæ poſſunt euenire, & cum hæc ſcribo, magno cum Eccleſiarum diſpendio ſic vidimus accidiffe: ob nauigationis namque interrupta commercia, inſeſtationes hoſtium Anglicorum, originales litteræ per annos aliquot retardatæ ſunt, pluribus electis Episcopis ad Eccleſias ſuas ire renuentibus, licet earum gubernationem poſſent, Capitulis eam ad Regiam inſtantiam concedentibus, ſine conſcientiæ remorſu ſuſcipere, vt tandem facere compulſi ſunt, Rege piſſimo ægrè ferente eos aded remoratos; quandoquidem cum litteris Præſentationis, executive aliud ſcriptum tranſmittit, vt ſtatim ad ſuas Eccleſias ſe conferant, earum gubernationem accepturi, grauiſſimã pro eo cauſa reddidit, ne ſcilicet Indi tam diu ſint deſtituti Paſtore. Et ex præfatis quidam originalium Bullarum authenticum ex Regiã Curia tranſmiſſum habuere tranſumptum: quo tamen noluerunt vti, verentes ne quid minus legitimum agerent, quo eorum conſecratio, an rata eſſet, & firma in Dei oculis, poſſet in dubium reuocari. Quorum timor laudandus profectò eſt, ſicut & præcipitatio damnan-da, ſi quis eſſet, qui quouis nuntio & teſtimonij Apoſtolicæ tarditate, ad conſecrationem

Litteras Apoſtolicas requiri.

In Indijs qualis circa hoc deſeſtus, non obſtante Regiã præſentatione.



vtcumque habendam prouolaret. Et de hoc quidem pro caluum occurrentium varietate nonnulla sunt docta scripta vulgata a nonnullis Dominis Episcopis, & viris aliis eruditis, circa quæ si confona faciendæ esset excursio, nimis volumen excreſceret, quod opto esse non ingens; neque operæ pretium puto, aut quæ ab ipsis sunt dicta congerere, aut quæ fortè improbari possent, minus probandis impugnationibus infirmare. Vnde

*Aſſertio 1. tenent Praesentati ad Episcopatum, Regiis executorialibus acceptis, tenentur grati conscientia obligatione ad suas se Ecclesias conferre. Id probo; quia possunt vnde, & tandem id faciunt etiam sine authentico Pontificia confirmationis instrumento: ergo & debent. Illationem probo: nam possunt, eo quod Ecclesia, ad quas presentati sunt, iam ad illos pertinent, & Rex Apostolica Sedis auctoritate modum eas gubernandi ante confirmationem Sedis eiusdem ostendit: atqui in Ecclesia, quæ ad aliquem pertinet, non potest non residere; ergo vt resideant, ad eas se conferre debent. Maior est comperta & Minor ostenditur ex his, quæ Concilium Tridentinum circa residentiam, & absentiam statuit Sessio 6. cap. 1. & Sessio 23. capite etiam 1. de Reformatione: quæ certè non tam Canonici, quam diuini, & naturalis iuris sunt ex ipsa officij natura obligatione suboritur, & Christi institutione, vt tradunt Doctores communiter, quorum plures adducit Barbosa de Potestate Episcopii. Allegat. 53. numer. 2. vbi quàm verissimè illud: Quinon residet (cum alio non abdicum praescripta a sacro Concilio causse) ostendit se sponsum non esse, sed peregrinum: non Patrem, sed extraneum: non pastorem oues, sed se ipsum: non edificantem, sed ferè destruentem. Sic ille, qui statim numer. 3. grauiſſima mala, quæ sequi manifestum est, ex Episcoporum absentia, recenset. Pro quo & ea videri possunt, quæ a nobis sunt dicta Titulo 2. Cap. 5. & sic dilucet videtur rem istam aperte demonstrare. Videndus etiam P. Bauny de Beneficij Disputat. 14. Quæst. 5. Aſſertio 3. & P. Palauus Tomo 2. Tractat. 13. Disput. 5. Puncto 1.*

*Obligatio nem refertur ad illud: Quinon residet (cum alio non abdicum praescripta a sacro Concilio causse) ostendit se sponsum non esse, sed peregrinum: non Patrem, sed extraneum: non pastorem oues, sed se ipsum: non edificantem, sed ferè destruentem. Sic ille, qui statim numer. 3. grauiſſima mala, quæ sequi manifestum est, ex Episcoporum absentia, recenset. Pro quo & ea videri possunt, quæ a nobis sunt dicta Titulo 2. Cap. 5. & sic dilucet videtur rem istam aperte demonstrare. Videndus etiam P. Bauny de Beneficij Disputat. 14. Quæst. 5. Aſſertio 3. & P. Palauus Tomo 2. Tractat. 13. Disput. 5. Puncto 1.*

*Illustris. Barbosa.*

*Aſſertio 2. quanto expositam Bulla Apostolica possunt.*

20 Dico primò. Presentati ad Episcopatum, Regiis executorialibus acceptis, tenentur grati conscientia obligatione ad suas se Ecclesias conferre. Id probo; quia possunt vnde, & tandem id faciunt etiam sine authentico Pontificia confirmationis instrumento: ergo & debent. Illationem probo: nam possunt, eo quod Ecclesia, ad quas presentati sunt, iam ad illos pertinent, & Rex Apostolica Sedis auctoritate modum eas gubernandi ante confirmationem Sedis eiusdem ostendit: atqui in Ecclesia, quæ ad aliquem pertinet, non potest non residere; ergo vt resideant, ad eas se conferre debent. Maior est comperta & Minor ostenditur ex his, quæ Concilium Tridentinum circa residentiam, & absentiam statuit Sessio 6. cap. 1. & Sessio 23. capite etiam 1. de Reformatione: quæ certè non tam Canonici, quam diuini, & naturalis iuris sunt ex ipsa officij natura obligatione suboritur, & Christi institutione, vt tradunt Doctores communiter, quorum plures adducit Barbosa de Potestate Episcopii. Allegat. 53. numer. 2. vbi quàm verissimè illud: Quinon residet (cum alio non abdicum praescripta a sacro Concilio causse) ostendit se sponsum non esse, sed peregrinum: non Patrem, sed extraneum: non pastorem oues, sed se ipsum: non edificantem, sed ferè destruentem. Sic ille, qui statim numer. 3. grauiſſima mala, quæ sequi manifestum est, ex Episcoporum absentia, recenset. Pro quo & ea videri possunt, quæ a nobis sunt dicta Titulo 2. Cap. 5. & sic dilucet videtur rem istam aperte demonstrare. Videndus etiam P. Bauny de Beneficij Disputat. 14. Quæst. 5. Aſſertio 3. & P. Palauus Tomo 2. Tractat. 13. Disput. 5. Puncto 1.

*Tres causse absentia a Tridentino preposita applicantur.*

speciale Ecclesiæ detrimentum non sequitur, & aliunde, illud sic sperans euitat, cum in longo, & difficili itinere, qualia esse Indiarum solet, ac sumptuum ingentium adiectione futurum illud nequeat dubitari.

22 Deinde addi plus spatij potest ex concessione Concilij Tridentini, qui breue spatium reputat, quod tres menses non excedit, illud ergo addi alteri potest, quia iuxta ea quæ ex P. Pellizario Tractat. 5. cap. 8. numer. 162. habet iana Parie 9. Tractat. 6. Resolut. 22. quibus, & ipse annuit; trimestre dictum vnus anni potest cum trimestri anni sequentis continuari. Pro quo etiam facit id, quod tradit P. Bauny Disput. 14. de Beneficij, Quæst. 6. habentem scilicet licentiam vt absit per sex menses, aut etiam per annum, posse etiam per trimestre aliàs concessum abesse: quia trimestre spatium legis beneficio conceditur, neque pro eo venia requiritur eius, qui licentiam dare potest, iam à lege concessam. Ergo similiter spatium illud potest cum alio, de quo loquimur continuari. Quia verò obligatio nondum confirmata adeò stricta non videtur, plus aliquid eidem concedi poterit, arbitrio boni viri, & attentis, vt dixi, circumstantiis.

*Circa trimestre concessum benignas opinionones iurata.*

23 Dico tertio. In ordine ad suscipiendam in se nomine proprio Ecclesiæ administrationem, sufficit testimonium authenticum confirmationis, de quo viri docti iudicent plenam facere fidem. Sic probant ea, quæ adducit Dom. Solorzanus in Politicâ Indianâ Lib. 4. Cap. 9. versus finem. Licet in casu, de quo ibidem loquitur, plenè non fuerit informatus: affirmat autem s. Alo qual. communem esse opinionem, saltem pro foro conscientia sufficere notitiam gratia factæ ad suscipiendam possessionem & faciendos fructus suos, & etiam in exteriori, si mota lite, ante sententiam diffinitiuam presententur Bullæ. Vbi quidem de notitia agit quacumque via accepta. Quando autem testimonium authenticum est, plus aliquid debet operari, vnde & pro foro externo sufficere poterit, si non sit, qui se opponat quo euentu iudices causæ iuxta probabiles sententias, vt libuerit, iudicabunt. Auctores à D. Solorzano allegati sunt: Rota Romana, Alexander Ludouicus, qui sanè doctissimus, & doctrinæ, ac probitatis merito ad summum Pontificatum euectus, Gregorius est dictus inter eos XV. Tamburinus, Salgadus, Ludouicus Gomez, & Nauarrus.

*Aſſertio 3.*

*Non obstantibus Extraneam Inimicitiam.*

24 Ratio est; quia Bullæ requiruntur ad faciendam fidem de facta gratia, ergo cum possit illa per testimonium authenticum haberi, sufficit illud ad prædictum effectum, quando Bullæ competenti tempore haberi nequeunt. Antecedens est clarum, & consequentia ostenditur, ex Regulâ Iuris in lexto 31. quæ sic habet: Eum qui certus est, certiorari ulterius non oportet: id est, necessarium non est ad effectum, pro quo est certioratio requisita. Obuia responsio est, id verum habere, quando aliud non est iuris dispositione petatum, ut in casu nostro, in quo Pontifex exhibitionem exigit litterarum, verbis illis: Presenti itaque perpetuo valiturâ constitutione sancimus, vt Episcopi, & alij Prælati Superiores, nec non Abbates, Priores, & ceteri Monasteriorum regimina exercentes, quocumque nomine censeantur, qui apud dictam sedem

*illius vrbis ex Bofacio 8.*

sedem promouentur, aut confirmationis, consecrationis, vel benedictionis munus recipiunt, ad commissas eis Ecclesias, & Monasteria absque dicta sedis litteris huiusmodi, eorum promotionem, confirmationem, consecrationem, seu benedictionem continentibus accedere, vel honorum Ecclesiasticorum administrationem accipere non præsumant: nullique eos absque dictarum litterarum ostensione recipiant, aut eis pateant vel intendant. Sic Bonifacius VIII. Atqui his non obstantibus locum esse casui, de quo loquimur, tenet Glossa ibidem, ita scribens circa verbum Litteris, & est illa Ioannis Monachi Picardi Cardinalis: sed pono, consecratus, vel benedictus litteras Papales habere non potuit propter Papæ obitum: numquid tenebitur multo tempore in Curia remanere? Credo quod non, qui hic Papa damnat præsumptionem temerariam recedere volentis absque litteris, propter quod illum, & recipientes eandem, vt infra sequitur, punit, sed necessitatem non excludit: & vbi non est culpa, nec poena debet instigi. Extra. lib. 6. de reg. iur. sine culpa, vnde temeraria præsumptio, hic reprobata ad casum astrictam non debet extendi, nec prohibito generalis excluditur casum aliàs licitum. Extra. de verbor. significat. super quibusdam. Sic Glossa citati Cardinalis. Pro quo etiam Ioannes Franciscus de Pauinis circa eandem constitutionem, vt ibidem Verb. Non subsistat. Et Oleradus apud eundem in speciali Consilio. 51. vbi & factum peculiare in confirmationem adducit. Videtur ergo hoc non posse penitus improbari.

*Glossa Ioannis Monachi Picardi Cardinalis.*

*Positiois præfata probabiliter iustificere.*

*Exempta tione habitus vrgetur.*

25 Et licet sint, qui contrarium censeant; negari tamen nequit, quin probabile sit; posita autem probabilitate, communis doctrina currit, vt liceat sententiam eandem sequi, quia in casu presentis nulla est specialis difficultas, & pro illa prædictorum Doctorum firmanda sententia facit Episcopos à Rege Catholico presentari, & eo Auctore gubernationem solâ presentatione obtentâ à Capitulis exhiberi. Vbi autem presentatio fit, summus Pontifex de eadem per legatos Regis certioratur. Habitâ ergo de gratia concessione authentica notitia, nullum potest esse periculum vsurpati per fraudem officij. Neque Capitulis preiudicium aliquod generatur; quandoquidem gubernatio tota in eisdem est transfusa. Quod vrgo ex eo, quod notitia authentica facta gratia recepta, & Bullarum expeditarum potest electus habitum mutare, vt ex vsu constat, iam enim coram Deo Episcopus est, quoad omnia ea, quæ non indigent consecratione. Si ergo Episcopus, vt habitus indicat, qui aliàs minimè liceret, vt non licet non Sacerdoti corona Sacerdotis propria, & sic aliis, quæ aliorum Ordinum propria est: potest pariter, quæ Episcopos sunt, & sic administrationem suscipere, atque in possessionem mitti.

*Aſſertio 4. Sine Litteris dictis neminem possit consecrari. Et consecrationem duam remanere probabile esse.*

26 Dico quarto. Sine litteris Apostolicis probabile est nullum posse consecrari dum Pontifex aliud non declaret. Ratio est, quia consecratio redditur dubia, quidquid de valoris probabilitate sit: atqui ex eo, quod dubia sit, nequit tutâ conscientia recipi, quia sic etiam dubia erunt ordinationes a sic consecrato factæ, vnde & omnes effectus, qui in Sacerdote characterem exigunt, vt sunt administrationes Characterorum. Dominus Solorzanus supra s. Sin poner duâ, ait circa valorem consecrationis dubium esse

non posse. Quod quidem si ita esset, non esset cur deberet circa sic factum tantopere digladiari. At dubium, & quidem non leue esse posse, facile ostendam. Nam certum est ex iure Canonico ad consecrationem Episcopi tres alios Episcopos necessarios esse, id quod multi textus euincunt. Diuus enim Anacletus in Epistola 2. ad Italia Episcopos ita scribit: Ierosolymitanus primus Archiepiscopus B. Iacobus, qui Iustus dicebatur, & secundum carnem frater Domini nuncupatus est, à Petro, Iacobus, & Ioanne Apostolis est ordinatus: Successoribus suis formam dantibus, videlicet vt minus quàm à tribus Episcopis, reliquisque omnibus assensum præbentibus, nullatenus Episcopus ordinetur. Sic ille, & habetur in Cap. Porro, dist. 66. Quod autem ita necessarii tres Episcopi sint, vt aliter facta ordinatio sine valore sit; expoluit S. Anicetus Pontifex in Epistola ad Gallia Episcopos, & habetur in Cap. Archiepiscopus, eadem distinctione, determinans Archiepiscopum ab omnibus, quibus præest, ordinandum esse quod ille declarat verbis illis: debere constitui: & ad ordinationem spectare; summa D. Anicetius illius exprimit. Non quidem quod omnes ordinare debeant; sed saltem illi, qui ex omnibus iuxta formam Apostolicam necessarii reputantur, iuxta id, quod paulò ante D. Anacletus declaratur. Sic autem concludit: Sin autem aliter præsumptum fuerit, viribus carere non dubium est; quia irrita erit secus acta ordinatio Archiepiscopi. Sic ille: Archiepiscopi autem & Episcopi eandem esse rationem manifestum est, & ita D. Anacletus, qui de Archiepiscopis vifus in principio loqui, de Episcopis aperte concludit. Id, quod aliàs constat ex eo, quod Archiepiscopalis dignitas de iure diuino non est, neque supra Episcopalem quidquam addit in genere ordinationis diuersum, vnde pro conferendâ eâ dignitate nulla est Sacramentalis cæremonia, præter Pallij traditionem, quæ Sacramentalis non est, vt ex eo euidenter apparet, quod ab eo conferatur ex Pontificis auctoritate, qui multoties Episcopus non est.

*Tres ad illam Episcopos necessarios esse.*

*D. Anacletus.*

*D. Anicetius.*

27 Præterea idem tradit S. Damasus Papa in Epistola 4. ad omnes Episcopos, & habetur in Cap. Cor Episcopi, dist. 69. vbi ita scribit. Quod autem Episcopi non sint, qui minus quàm à tribus sunt ordinati Episcopis, omnibus patet: prohibitum est enim à Sanctis Patribus, vt qui ab vno, vel à duobus sunt ordinari Episcopis, non nominentur Episcopi. Si enim nomen non habent, qualiter officium habebunt? Pro eodem est Cap. si quis. Et Caput si forte, dist. 65. vbi casus specialis deciditur de Episcoporum ordinatione; quando in Prouincia vnus est tantum superstes Episcopus. Ille enim (vt ibidem dicitur.) quia solus est, ordinare non potest Episcopum. Et decisio est Concilij Sardicenis Cap. 6. quæ & in Concilio Neocæsario illis verbis habetur ex Cap. 4. Tres Episcopi debent in vnum congregari. Sic ibi. Et habetur in Cap. Episcopi, dist. 64. Pro quo est & Caput Comprovincialis, dist. eadem ex S. Aniceto Pontifice, in Epistola ad Episcopos Gallia. Est etiam pro illo Cap. si Archiepiscopus de temporibus ordinationum. Ex Iucio Tertio Pontifice, vbi tamquam singulare concedit, vt à tribus possit Episcopus ordinari, ratione necessitatis. Si necessitas fuerit. Ceteris consentientibus (scilicet Comprovincialibus) à tribus iussu Archiepiscopi poterunt ordinari

*S. Damasus.*

*Cap. si forte 65. dist.*

*Concilium Neocæsarium.*

*Cap. si Archiepiscopus.*